



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xv. De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De eo qui mit. in poss. rei. &c.

tinenti probato. Si nolet, aut nequisbit acceptis induciis: alteri parti ad moderatas expēſas ex eo die faciundas, si in probatione deficiet, cōdemnator. Si soluendō non erit: aliās iudicis arbitrio punitor.

3. *Causam* Post institutum quoque iudicium si legitimē citatus non veniet, vel iudicio ecclesiæ parere contemnet, aut se absentabit: siquidem procuratorem reliquit, ipse conuocator, alioquin ad domum eius denunciationes mittuntur. Sic siue procurator veniet, siue non, alterius partis, si petet, testes recipiuntor, ad proferendam sententiam proceditor.

De eo qui mittitur in possessionem causa rei fernandæ. Tit. 15.

4. *Si aduersarius.* **C**V I V S aduersarius post citationis edictum ad remota loca se transferet, neque procuratorem legitimū dimittet, si neque denunciatione publicè domi facta defensor pro eo apparebit: in possessionem rerum controuersarum actor, si petet, custodiæ causa inducitor.

1. *Constitutis.* Qui sic inductus erit, ni aduersarius eius intra annum standi iuri cautionem præstiterit, licet & ipse præstandi voluntatem habuerit, & actor recipere paratus fuerit, illo elapsō eam absque contradictione qualibet habeto. Ius tamen aduersario rei petendæ saluum maneto.

2. *Cum si-
cut.* At si per eum non stabit, quominus sistundi iudicio intra annum cautionē det, & possessionē recipiat: si eam etiā vni iudicum, quāuis alius

absentibus, obtulerit, & possessionem sibi resignari postulassit, olli etiā post annum receptaab ipso cautione huiusmodi possessio restituitor.

Aduorsus eum quoque qui recedet adpellans, ^{3. Cum ve-}
si propter eius contumaciam decreto iudicis in ^{nissent.}
rerum petitarum possessionem missio facta siet,
& expensas taxatas restituere damnas erit: ipse
cautione intra annum oblata in possessionē re-
ducitor. Si adpellatio rationabilis erit, neque
frustratoriē adpellassit: ad eas restituendas ne
damnator, néve cogitor. Alioquin, eas quæ ne-
cessariæ in lite propter hoc factæ erūt, restituito.

Vt lite pendente nihil innouetur. Tit. 16.

LITE pendente nihil innouator. ^{Rubrica.}
Itaque alteruter cōiugum matrimonium ^{2. Lauda-}
si adcusabit: alter ante probatam adcusationem ^{bilem.}
iure quo habet in altero ne priuator.

Sic & super qua re, quōve iure alicui lis mo- ^{1. A me-}
uebitur, quominus is & successores sui eo vtan- ^{moria.}
tur, sicut ipfus & eius præcessores iusto titulo fa-
cere consuerunt, quo usque diffinitiuia sententia
de iure decernatur, literæ etiam prohibitionis à
principe impetratæ præiudicium ne faciunto.

Sic & cœpta lite iudices in negocio iuxta tradi- ^{5. Dile-}
tam sibi formam procedūto. Indulgentia si que ^{citus.}
post lite pendente obtenta erit, neque de ipsa
mentionem faciet: ne obstato.

Quinimo super qua possessione lis erit, si lite ^{3. Ecclesia}
pendente in alium translata siet: neque ipsam ^{i.}
qui habebit emptor, nec si quis in ius & locum